Ideo in secunda parte super figuras planas secundum considerationem specialem dicendo de triangulis quadrangulis et circulis sequendo ordinem euclidis et hic tangam etiam de figuris ysoperimetris quas pretermisit euclides et faciam competentem sermonem incipiendo a diffinitionibus. Triangulus est figura plana tribus rectis lineis contenta. Triangulorum alius omnium trium laterum equalium et vocatur ysopleurus. Alius autem duorum equalium laterum et vocatur ysocheles. Alius trium laterum inequalium et vocatur onsocheles vel scalenō grece latine vero gradatus et ista diuisio sumitur ex parte laterum. ¶ Ex parte autem angulorum e diuiditur in orthogonium qui habet vnum angulum rectum et in ambligonium qui habet vnum angulum obtusum et duos acutos et in oxigonium qui habet omnes angulos accutos. Dicitur etiam quadrangulus ortogonius cum omnes eius anguli sunt recti et quadrangulus dicitur ysopleurus cum omnia eius latera sunt equalia et omnis figura equilatera nuncupatur ab auctoribus ysopleurus dicta. ¶ Quadrangulus est figura plana quattuor rectis lineis contenta. Quadrangulorum alius paralelogramus i. eque distantium laterum. Alius diparalelogramus i. inequedistantium laterum. ¶ Paralelogramorum. Alius est habens omnia latera equalia et vocatur quadratus vel quadratum. Alius tantum oppositorum laterum equalium et vocatur altera parte longior. ¶ Quadratorum alius ortogonius et vocatur proprie quadratus. Alius inequalium angulorum et vocatur helmuaim quia habet semper oppositos angulos equales sicut demonstrabitur. Altera parte longiorum alius orthogonius qui ab aliquibus tetragonismus appellatur. Alius inequalium angulorum et vocatur similis helmuaim et de similis helmuaim quia habet opposita latera et oppositos angulos equales. Omnes vero quadrangli nō equedistantium laterum sunt helmuaim. Irregulares figure et sic irregulares

Nonagonus tertij ordinis




Decagonus tertij ordinis




Duodecagonus tertij ordinis



Species quadrangulorum



Ortogonius Oxigonius Ampligonius



Species triangulorum

nominantur non q alie omnes sint regulares quia solus quadratus est regularis in genere quadrangulorum. sed quia omnes iste figure plus irregularitatis habent q aliqua quadrangula equedistantium laterum. De triangulis sit hec prima conclusio

¶ Prima conclusio

Si unus angulus unius trianguli equalis fuerit uni angulo alterius trianguli: fuerintque duo latera dictum angulum continentia equalia duobus lateribus alterius similem angulum continentibus: reliqui anguli unius reliquis angulis alterius equales erunt. basis unius basi alterius equalis erit. totusque triangulus toti triangulo equalis.


¶ Istam conclusionem primam pono quia non dependet nisi ex ultima communi scientia supponam enim unum triangulum super alterum quorum unus sit a b c. alius d e f. et applicabo angulum d. angulo a. qui per ypotesim sunt equales in diversis triangulis ergo latus d f erit super latus a c. et latus d e super latus a b. si autem non esset angulus d maior aut minor angulo a. vel econverso quod est contra ypotesim: cum ergo latera lateribus sint equalia: oportet necessario basim e f super basim b c. et per consequens totus unus triangulus erit super totum alium triangulum nec excedens nec excessus alioquin due recte linee superficiem clauderent quod est inconveniens et ita erunt equales sibi invicem secundum totum et secundum partes per ultimam communem scientiam. Ex ista procedam ulterius ad ostendendum equalitatem inter angulos eiusdem trianguli per equalitatem laterum et sit hec secunda conclusio


¶ Secunda conclusio


Omnis trianguli duorum equalium laterum angulos qui super basim sunt equales esse necesse est et similiter angulos qui sub basi constituuntur si eius paria latera directe protrahantur.


¶ Hec est quinta conclusio euclidis et vocatur in merentibus elefuga. i. fuga miserorum quoniam miseri ingenii cum ad eandem perveniunt fugam capiunt. sed ne detur fuge occasio ostendam eam breviter et ostensione levi q sufficit addiscenti et erit medium demonstrationis quia talis triangulus dividitur vel dividi potest in duos triangulos equales. Sit ergo linea a b basis cui insistat linea c d secans eam orthogonaliter id est ad angulos rectos et per equalia in puncto d. et ducantur latera c b et c a que sunt equalia eritque triangulus duorum equalium laterum a b c. et anguli super basim sunt angulus b et angulus a. quos dico esse equales. Triangulum enim totalem divido per equalia per lineam c d perpendiculariter in duos triangulos partiales qui sunt triangulus d c b et c d a. eritque angulus c d b in primo triangulo equalis angulo c d a in secundo triangulo quia uterque eorum est rectus et latera istos angulos continentia sunt equalia ex ypotesi quia latus b d est equale d a et latus c d est commune quare per premissam conclusionem residui anguli unius residuis angulis alterius erunt equales puta angulus a c d et b c d et reliqui anguli a et b quod fuit propositum. ¶ Patet etiam quod anguli sub basi similiter sunt equales quoniam duo anguli qui sunt apud a sunt equales duobus rectis per primam de lineis rectis: similiter duo anguli qui sunt apud b sunt equales duobus rectis ergo demptis superioribus qui sunt equales ut probatum est relinquitur equales esse qui sunt inferius per sextam communem scientiam. ¶ Ex ista demonstratione patet quod triangulus equilaterus est equiangulus et econverso quia equalitas quorumlibet duorum laterum concludit equalitatem angulorum sibi correspondentium et ex ista sequitur conclusio tertia scilicet quod ex habitudine angulorum decipitur habitudo laterum inter se.


¶ Tertia conclusio













Omnis trianguli longius latus maiori angulo oppositum est: et econverso. Verbi gratia sicut sit in triangulo a.b.c angulus a. sit maior angulo. c. et angulo. b. erit latus. c.b. maius latere. a.b. Quod si non attingit erit minus sive equale. si equale ergo per precedentem angulus. a. erit equalis angulo. c. quod est contra ypotesim. Si autem b c est minus et b.a. maius resecetur ab equalitatem eius scilicet. c.b. a puncto d. sitque latus d b. equale c.b. ergo per premissam erit angulus. b.c d equalis angulo b.d.c sed angulus b.d.c. est maior angulo b.a.c quod est extrinsecus ad eum in triangulo d.c.a. ergo angulus d.c.b qui est equalis ei erit maior eodem. b.a.c sed. a ponebatur maior toto. c. ergo angulus b.c.d. est maior toto c. quare maior est pars suo toto quod est c. quod est impossibile. Et sequitur econverso hoc latus est maius. ergo angulus ei oppositus est maior quod facile ostenditur ex proposita conversa. Iste tres conclusiones sunt de triangulo secundum se considerato: nunc ponam aliquas conclusiones de triangulo pro ut est pars aliarum figurarum et primo prout describitur in circulo et est pars circuli et sit hec prima conclusio. Quarta conclusio





Omnis trianguli in semicirculo super diametrum collocati angulus apud circumferentiam existens rectus est quod probo sic. Sit triangulus a b c super diametrum a c constitutus unde quidem angulus b. est rectus in quacumque parte circumferentie ponatur protraham ab ipso angulo in centrum lineam. b.d. et erit uterque triangulorum quilibet duorum equalium laterum per diffinitionem circuli erunt igitur in utroque illorum duo anguli equales inter se. a. et b per secundum ambarum capitulorum similiter in altero triangulo b et c. erunt equales per eandem sed angulus b.d. c est equalis duobus primis. a. et b quia est extrinsecus ad eos in triangulo. a.d.b et angulus. a.d.b est equalis duobus secundis. s. b. et c quia extrinsecus est ad eos in triangulo c.d b quare duo anguli qui sunt apud d sunt dupli ad duos angulos qui sunt apud b quia valent eos et angulos a et c qui sunt eis equales sed duo anguli apud d sunt equales duobus rectis per primam capituli de lineis ergo angulus b totalis est rectus quoniam est medietas illorum quatuor qui valent duos rectos. Aliter ostenditur idem et breuius habita eadem dispositione figure protrahatur. c b usque in e. et erunt ergo angulus. a b c equalis duobus angulis a et c seu duo anguli intrinseci apud b sunt equales duobus angulis a et c. ut iam conclusum est ergo angulus. a b e extrinsecus est equalis duobus angulis intrinsecis apud b hoc est totali angulo b ergo uterque eorum est rectus per diffinitionem anguli recti. scilicet a.m. c et b.

Quinta conclusio



Omnis trianguli in portione circuli super cordam locati si sit porcio circuli semicirculo maior erit angulus apud circumferentiam existens recto minor. et si sit porcio semicirculo minor erit angulus apud circumferentiam recto maior et universaliter quanto porcio maior tanto angulus minor et econverso. Quod probo sic sit portio semicirculo maior. a b c corda a. c. dico quod angulus b trianguli a b c collocati super cordam qui est apud circumferentiam est recto minor. Ducatur a diameter. a d e super centrum. d et linea e b. ducatur et quia per premissam angulus b totalis est rectus quare angulus. a b c. est minor per secundam communem scientiam cum sit eius pars sicut patet sensui. Secundam partem ostendo sic sit portio semicirculo minor. a.b.c. corda a.c dico quod angulus b. trianguli locati super hanc cordam est recto maior. Ducatur enim per centrum diameter a d educatur que linea b e erit per premissam angulus a b e rectus quare angulus a b c erit maior recto cum angulus. a b e rectus sit eius pars per secundam communem scientiam. Tertia pars patet accipiendo portiones et maiores minores semicirculo et sit portio. a c d maior portione. a c b dico quod angulus a e d minor est angulo. a c b quia est pars eius similiter se habet de aliis porcionibus minoribus. Sive his advertere in his duabus propositionibus habes differentias triangulorum. s. orthogonium ampligonium et oxigonium sed de aliis differentiis triangulorum nunc dicetur. s. ysopleuri. ysochelis et sinochelis.





Sexta conclusio.

Omnis triangul⁹ cuius vnū lat⁹ est semidiameter duorū circulorū et angulus opposit⁹ est apud secionē coīem est equilaterus. ¶ Accipiamus a b lineam et super a punctum describamus circulum occupanteo totam lineam a b. Item super punctum b describat alter circulus equalis ita q̄ linea a b sit semidiameter duorum circulorum et sibi secēt one illorum circulorum et sic ducantur due linee c a b et c a dico tunc q̄ triangulus iste a b c est triangulus equilaterus. Nā per diffinitionem circuli linee a b et c a sunt equales quia veniunt a cōmuni centro ad circumferentiam. Item c b et b a sunt eq̄les pari ratiōe ergo omnes erunt inter se equales per terciam cōem scientiā.

Septima conclusio.


Omnis triangulus cuius vnum latus est minus semidiametro duorū circulorū terminatū ad eorum centra et cuius oppositus angulus est in secciōe comunem est triangulus duorum tantum equalium laterum et cuius oppositus angulus est extra seccionem communem est omnium in equalium laterum. ¶ Et sit linea b a b c et describamus super a punctum circulum equalis secundem q̄titatem linee a b c. Item super b punctum describatur alter circulus equalis secundum q̄titatem linee b a d et intersecent se in puncto c dico q̄ linee a c et b c sint equales quoniam sunt semidiametri circulorum equalium et quod a b linea sit minor eis patet quia cum veniat a centro non attingat circūferentiam sicut a c et b c ergo est minor eis patet ergo q̄ triangulus a b c est duorum tantum equalium laterum et sic erit isoscheles. ¶ Rursus sit alius triangulus a b f et sit punctus f extra seccionem dico q̄ omnia latera sunt in equalia tam latus b f cū sit equale b d quia semidiameter eiusdem circuli erit maius latere a b et latus a f cum sit plusq̄ semidiameter equalis circuli est maius latere b f nam a g est b f equale quia semidiametri duorum circulorum equalium quare omnia latera sunt i equalia. ¶ Nunc ponam conclusiones de triangulo pro ut est pars quadranguli.


Octaua conclusio.

Quilibet duo trianguli in superficie eque distantium laterum iuxta lineam diagonalem accepti sunt equales. ¶ Est enim linea diagonalis que ducitur ab angulo ad angulum et si est in quadrato vocatur diameter sicut ostendam in quadrangulis qui sunt altera parte longiores et equalium laterum in quibus minus videtur sit ergo huiusmodi figura a b c d ducatur ab angulo ad angulum linea c b dico q̄ trianguli b c e et d b sunt equales nam angulus b superior et angulus c inferior sunt equales quia coalterni inter eque distantes lineas a b et e d et latera cōtinentia istos duos angulos sunt equalia quia linea c d equalis est b a et linea b c est communis quare reliqui anguli sunt equales et totus triangulus toti triangulo equalis est per primā cōclusionē huius cap

Nona cōclusio


Si duo trianguli super bases equales atq̄ inter duas lineas eq̄distantes exciterint equales erunt necessario. Sint duo trianguli a b c et d e f inter lineas eque distantes dico eos esse equales et si quidem similiter erit et linea d e inter eque distātes sicut cadit linea a b non est difficile arguere ex prima huius capituli quoniam anguli equales erunt a b c et d e f et latera tales angulos cōtinentia sunt equalia quoniam bases sunt equales ex ypotesi et similiter linee que inter lineas eque distantes veniunt sunt equales et tunc sequitur propositum ex prima huius capituli. ¶ Sed si in triangulo a b c angulus b sit rectus et in triangulo alio d e f non sit rectus dico q̄ tunc similiter sequitur quod trianguli sunt equales si sint inter eque distantes lineas et super bases equales: diuidam enim superficiem d e f mouo media per lineam d m et ducam eque distantes lineas equalis f e l et f l a duos eque distantem a b habe






c m.






boitam duas suppficies paralelogramas.a.b est.r.k.e.l.q quam suppono esse equales quia omnia latera sunt equalia erit igitur superficies.k.e.l.f diuisa in quatuor triangulos equales per premissam et.a.b e.n.contum in duos equales ergo duorum illis vo lentrioum.e illis sit triangulus.d.e.f.continet duos de illis igitur est equalis triangulo.a.b.c.qui est medietas alterius superficiei paralelograme et hoc est quod volui ostendere. ¶ Iste.9.conclusiones du pacsens de triangulo sufficiant quantum notitia necessaria est in methaphisica et logica et naturali scientia.




¶ Capitulum tercium de quadrangulis habet.5.conclusiones primo ponitur vna propositio.

Nunc dicendum est de quadrangulis de quibus paucas ponam conclusiones quibus premitto vnam descriptionem que et premittit euclides libro secundo de gnomone et de suplementis ut prescitur quid significatur per terminos et est talis. ¶ Omnis paralelogrami spacij ea quidem que diameter secat per medium paralelogramma circa eandem diametrum consistere dicimus. Eorum vero paralelogramorum que circa eandem diametrum consistunt quodlibet vnum cum duobus suplementis gnomon nominatur. ¶ Diuidatur ergo.a.b.c.d.paralelogramum per diametrum.a.d.et in puncto.k.in diametro.secent se ortogonaliter due linee.e.f.et.g.h.eque distantes a duobus lateribus paralelogrami.f.h.d.c.d.eritque totum paralelogramum diuisum in.4.paralelogrami quorum duo dicuntur consistere circa eandem diametrum.a.d.que diameter diuidit in triangulos.reliqua dicuntur supplementa.f.g.k.e.f.et.e.k.h.b.




¶ Tria autem paralelogrami.s.duo iam dicta supplementa cum alterutro consequentes secantur per diametrum gnomone perficiunt igitur hoc supposito cum diffinitionibus et diuisionibus primi capituli huius partis accedo ad conclusiones in hoc capitulo demonstrandas et sit hec prima conclusio. ¶ Prima conclusio.

Omne paralelogramum vnaque quam diameter diuiditur mediam et per equalia ¶ Iste patet statim ex premissis precedentis capituli nec oportet plus insistere cum tamen non placet reducere eam omnino ad reliquas tunc posset reduci in vltimam communem scientiam sicut reducitur prima capituli de triangulis et similiter prima de circulis reducetur




¶ Secunda conclusio.

Omne paralelogramum angulos ex aduerso collocatos habet equales ¶ Si sit ortogonium patet quia tunc omnes anguli sunt equales si autem sit inequalium angulorum et sint.a.b.et.c.d.latera equedistantia ducatur linea diagonaliter.a.d.et erunt anguli.a.superior et a inferior equales quia coalterni. Item d inferior et a superior equales erunt similiter quia coalterni per comparationem tamen ad lineas equedistantes ergo a.totalis est equalis d.totali et sunt ex aduerso colocati igitur etc. ¶ Ex quo vlterius sequitur quod.b.et.c.sunt equales etiam quia duo anguli superioris trianguli sunt equales duobus angulis trianguli inferioris sequitur quod residuus sit equalis residuo per sextam communem scientiam




¶ Tertia conclusio.

Omnis paralelogrami spacij eorum que circa diametrum sunt paralelogramorum suplementa equalia sibi inuicem necesse est esse. ¶ Disponatur paralelogramum.a.b.c.d.diuisum in.4.paralelogramma et per omnia resumatur sicut primo.dico quod duo paralelogramma que sunt suplementa per omnia sunt equalia inter se.sunt.n.duo trianguli.a.d.b.et a.d.c.equales per primam capituli huius:ex illis auferam equalia.s.triangulos.k.a.h.et.k.a.d.f qui sunt equales per primam huius capituli.similiter auferam ab eisdem puta.k.e.et.a.k.g.qui similiter sunt equales per eandem ergo per sextam conceptionem que remanent sunt equalia.s.duo suplementa. ¶ Iste.3.conclusiones concludunt de omnibus superficiebus eque distantium laterum siue sint recti anguli siue non.etc.sed sequentes specialiter erunt de quadratis et de rectis angulis.



¶ Quarta conclusio





Quadratum quod a latere trianguli recti anguli cuius recto angulo opposito describitur in se ducto equm est duobus reliquis quadratis qui ex duobus reliquis laterib⁹ describuntur. ¶ Ex quo sequitur q quadratum diametri ad quadratum coste est duplum. ¶ Istam conclusionem ostendunt latenbus quadrati τ diametrique faciunt ysocheleum quia adhuc tendit specialiter propō vt patet per applicationem correlarij factam. Sit igitur huiusmodi ysocheles .a.b.c. et sint .a.c. et .b.c latera equalia τ .a.b. sit latus maximum quia maiori angulo oppositum dico ergo quod quadratum huius maximi lateris scilz .a.b. est equale duobus quadratis reliquorum laterum. sit quadrato .a c.d f. quod est quadratum lateris .a.c. et quadrato .b.g.c.e. quod est quadratum lateris .b.c. Est .n. quadratum .a.b.d.e. diuisum in .4. triangulos equales per duas diametros .a.e. et .b.d. quorum .2. sunt medietates aliorum duorum quadratorum triangulus .a.c.d. et triangulus .b.c.e. sicut videntur triangulus principalis .a.c.b. triangulus ei oppositus puta .c.d.e. sunt equales aliis duabus medietatibus quadrato [illegible] que sunt extra quadratum maius qz omnes isti .6. trianguli diuisi sunt equales vt patet ergo quadratum magni lateris .a.b. equale est duobus quadratis residuorum laterum vt dicit prima pars theorematis. τ per consequens idem quadratum est duplum ad quadratum alterius lateris ad quod se habet sicut diameter ad costam τ ita quadratum diametri est duplum ad quadratum coste vt dicit correlarium.


Quinta conclusio.

Propositis duobus quadratis siue equalibus siue inequalibus alterum illorum reliquo gnomonice circumscribere contingit. ¶ Accipiam duo quadrata equalia τ in illis ostendam intentum. sit primum quadratum .a.b c.d. secundum sit .e.f g.h. τ sint equalia volo circumscribere secundum primo gnomonice protrahatur ergo .c.d. vltra .d. vsque ad .h. secundum quantitatem .g.h. sicque linea protracta .d.h. equalis .g h. cum igitur angulus .d. exterior sit rectus sicut τ interior .d. ergo per penultimam quadratum ex .b.h. erit equale duobus quadratis scilicet .b.d. et .d.h. ergo facto hoc reciuaz de linea .c.d.h. ad quantitatem .b.h. sicut ad equalitatem .b.h. deinde a puncto .l. erigam perpendiculariter equalem lineam .c.l. vsque ad .m. τ erit secundum latus quadrati quod querimus τ tunc ducam tertium latus in .l. τ post coniungam .l. cum .c. et habebo quadratum .c.l l.m. τ hoc est quadratum linee .b.h. τ est equale quadrato linee .b.d. et quadrato linee .d.h. per penultimam. Cum ergo sic hoc productum quadratum est duplum ad duo predicta sed primum remanet in sua forma ergo illud quod est additum est equalis quantitatis quadrati secundi sed non est additum nisi gnomonice ergo quadratum secundum quadrato primo est gnomonice circumscriptum. Et hec de conclusiones de quadrangulis sufficiunt. ¶ Capitulum quartum de circulis propositum

Hunc est dicendum de circulis τ incipiam a diffinitionibus. Circuli diffinitio data est pri⁹ resumendo in diffinitionibus circuli dico q Circul⁹ ē figura plana ex medio eq̄ lis sicut sphera est figura solida ex medio equal⁹ vt dicit Aristotiles septio methaphisice qz bz omnes lineas a medio ductas equales τ ideo ista methaphisice vt dicit qd circulus est figura agonia .i. sine angulo qui circulus quia figura est vni formis maxie specialissima diuisionem non recipit in species sicut nec aliqua regularium figura sed dicuntur solum quantitatiua diuisione in portiones. ¶ Omnis aut portio circuli aut est semicirculus aut portio maior semicirculo aut eo minor. Semicirculus est figura plana diametro τ medietate circumferentie contenta. ¶ Portio vero circuli vt distinguitur contra semicirculum est figura plana vna linea recta extra centrum cadente τ ea parte circumferentie contenta τ hec quidem linea recta corda dicitur pars vero circumferentie arcus nominatur. Cum igitur circulus sic diuisus fuerit per cordam in portiones duas portio in qua est centrum dicitur maior semicirculo portio autem in qua non est centrum minor semicirculo appellatur.







¶ Est etiam alia divisio circuli in sectiones. sectio circuli est figura que sub duabus a centro ductis lineis rectis et sub arcu qui ab eis comprehenditur continetur. ¶ Angulus in qui ab eis lineis ambitur supra centrum consistere dicitur. ¶ Angulus semicirculi dicitur quem diameter cum circumferentia constituit. Angulus portionis dicitur quem corda cum arcu constituit. Angulus contingentie dicitur quem linea circulum contingens constituit. Circulum autem lineam contingere dicitur que circulum tangit et in utramque partem protracta non secat circulum. et hec sunt quid nominis de partibus circuli. nunc de ipsis circulis dicendum est. ¶ Circuli se contingere dicuntur qui se contingentes se invicem non secant. Concentrici circuli dicuntur qui super idem centrum describuntur. Eccentrici vero dicuntur quorum centra distant cum sic sit quod sit circulus intra circulum. et hec diffinitiones nobis sufficiunt. ¶ Tangam in hoc capitulo pauca de circulorum prosequi naturam illius quod ad omnes eius conditiones magnum requirit tractatum. seu propter formam solum nam enumerande sunt laudabiles proprietates et passiones circuli. Ipsa autem figurarum prima est et perfectissima simplicissima et regularissima capacissima et pulcerrima si videre quod propie ad physicum pertinet ipsa est ad motum aptissima. propter quod videbatur mihi quod pauca de circulo et de figuris recti lineis essent dicenda. genera seu inveni quod de comulta ostendi non possunt nisi ex conclusionibus figurarum recti linearum nunc necessarium fuit permutare ordinem quemadmodum fecisse invenitur euclides.

¶ Prima conclusio

Circuli quorum diametri sunt equales ipsi quoque equales erunt ¶ Istam non depono et nisi ex communi scientia nona ut prima de triangulis et prima de quadrangulis applicetur circulus circulo diametri sunt equales per ypotesim et quia centrum est supra centrum. et erit circumferentia supra circumferentiam et totum supra totum et ita nullus circulus excedit reliquum quare inter se erunt equales per ultimam communem scientiam.


¶ Secunda conclusio

In circulis equalibus portiones sunt equales quarum corde equales sunt ¶ Patet circumscripto circulo uno super alium modo predicto applicetur una corda alteri et sunt una corda vel sunt similiter quare manifestum est quod eandem et equalem portionem neutroque secundum. nam portiones ille non se excedunt ex parte corde quia ad eandem cordam terminantur nec ex parte circumferentie quia ille sunt simul per ypotesim. ergo non aliquo modo se excedunt

¶ Tertia conclusio

In circulis inequalibus equalis corda ex eis plus accipit de minori quam de maiori ¶ Sit maior circulus. a.b.c. circulo. a.d.c. sitque. a.c. corda dico quod corda a.c. abscidit maiorem portionem de circulo a.d.c. quam a circulo. a.b.c. probatur applicetur minor circulus maior ad maiorem et secet eum in duobus punctis. a. et. c. corda ergo. a.c. abscindit a maiori circulo arcum. a.b.c. a minori vero tantum et amplius quia superficiem. a.d.c. que est maior quam est superficies. a.b.c. igitur et portio minoris maior est portione maioris per secundam communem scientiam.

¶ Ista propositio sumitur in naturalibus ad probandum quod idem vas in numero plus capit in celario quam in solario et generaliter plus inferius quam superius. Sunt autem et conclusiones de proportionibus circulorum invicem accedam ad angulos eorum et primum ad angulum contingentie pertinentes de circulis. has conclusiones vel de linea contingentie et sic primo sit. Quarta conclusio.






Si circulum linea recta contingat in puncto tantum contingere necesse est.
¶ Quia si enim in linea contingat vocatis ad terminos linee que contingit scilicet .a.c.et.a.centro circuli quod sit.d.lineas.a.d.et.c.d. et lineam.b.d in medium : erunt duo trianguli.a.d.b.et.d.b.c. tunc angulus aut linea.b.d. incidit super.a.c.lineam orthogonaliter aut non si sic ergo in utroque triangulo angulus apud.b.rectus est et per consequens in illo triangulo latera.a.d.et c.d.sunt maiora.b.d. quia maiori angulo opponuntur per secundam capituli de triangulis. Si non incidat orthogonaliter unus angulus quem facit b.d.obtusus est et ei obtuso in suo triangulo maius latus opponitur per eandem secundam de triangulis ex quo sequitur quod.d. linee venientes a centro.d. usque ad puncta.b c.a. non sunt equales sed tamen illa puncta sunt puncta circumferentie igitur linee venientes a centro ad circumferentiam non sunt equales quod est inconveniens et contra diffinitionem circuli ergo concluditur quod contingit in puncto et non in linea.
¶ Quinta conclusio.


Diameter circuli perpendiculariter cadit super lineam contingentem circulum si super punctum contactus transiret.
Sit linea.a.b.contingens circulum.c.e.g.cuius centrum sit.d. et contingat in puncto.c.qui est terminus diametri.c.d.g. dico hunc diametrum esse perpendiculariter super lineam contingentem.a.b.nam si non est perpendiculariter ad ipsam sit.d.f. perpendiculariter super eam que secet circumferentiam in puncto.e.erit utroque angulorum qui sunt apud.f.rectus per diffinitionem anguli recti quare per tertiam de triangulis linea.c.d est maior linea.d.f. cum sit opposita maiori angulo in triangulo.c.d.f ergo quelibet linea equalis linee.d.c.erit maior.d.f.sed.d.e.linea est equalis.d.c per diffinitionem circuli ergo.d.e est maior.d.f.quare et pars tota maior est quod est impossibile. Sexta conclusio



Angulus contingentie est omni angulo rectilineo minor et est divisibilis in infinitum.
Ex quo manifestum est quod tanto angulus contingentie est minor quanto circulus minor et tanto minor quanto circulus maior. ¶ Prima pars ostenditur sic sit linea.b.c contingens circulum.a.d.in puncto a qui est terminus diametri.a.d. dico quod ille angulus quem facit illa linea contingens circulum qui dicitur angulus contingentie est minor omni angulo rectilineo hoc est omni angulo a duabus rectis lineis contento. Probatur hec per hunc modum quia inter lineas continentes angulum acutum rectilineum quantumcumque parvum potest capi linea recta dividens talem angulum per medium et inter lineam contingentem et circumferentiam impossibile est capi rectam lineam. Primum presuppositum probatur ex prima petitione et ultima nam sint due linee angulum continentes.a.b.et.a.c.deinde duco lineam.a.d. dividentem angulum a per primam petitionem. dico quod.a.d. dividendo aut est tertia linea distincta a lineis.a.b.et.a.c.aut est altera earum eadem. si sit linea tertia distincta ab illis et cum sit aplicata utrique earum super superficiem non directe coniunctam cum eis duos angulos per diffinitionem anguli plani quod est propositum. Si altera illarum ponatur eadem scilicet.a.c.ergo tunc due linee recte scilicet.d.a.et.d c.superficiem claudererent quod est oppositum petitionis ultime. ¶ Secundum patet quoniam si inter lineam contingentem et circumferentiam possit capi linea recta sit.a.g.ad quam ducatur perpendiculariter.e.f.faciens cum.a.g.duos rectos non potest.e.a.perpendiculariter esse super.a.g.quia super.a.b.cadit.e.a.perpendiculariter et per consequens angulus.g.a.e.est acutus sit igitur.e.f.perpendiculariter super.a.g.eritque angulus.e.f.a.rectus per diffinitionem anguli recti quare per conclusionem tertiam capituli de triangulis in triangulo.a.e.f.erit.a.e.latus maximum.ergo.e.f.erit minor.a.e.et per consequens erit minor.e.d.que est equalis.a.e. sicut argutum est in premissa quod est impossibile constat igitur quod linea.a.g.secat circulum et perpendiculariter linea.e.f.cadit super partem linee.a.g.directe.
¶ Pars secunda patet scilicet quod angulus contingentie est divisibilis in infinitum









cet. ita non posset diuidi per lineam rectam: pōt tamen diuidi per lineam curuam quā lis est linea circumferentie: et hoc patet protrahendo a.e. diametrum continuum et directum et super diuersa centra in eo sita describendo diuersos circulos omnes se contingentes in puncto a. Nam anguli contingentie a g.h. diuidit circumferentia a b. super centrum f descripta et angulum contingentie a b.h. diuidit circumferentia a.i. super centrum n. et sic in infinitum descendendo in diametro a.d. et describendo circulos se contingentes in puncto a. Et propter hoc dicit campanus li. 3. co. 15. quod quilibet angulus rectilineus in infinitum quolibet angulo contingentie est maior. Et ex hoc etiam patet quia lineis contingentibus a b cum minori circumferentia constituunt angulum o g h. maximum et cum maiori a i h. minimum Septima conclusio



Angulus semicirculi est omni angulo rectilineo accuto maior et omni angulo recto vel obtuso minor et tamen est augmentabilis in infinitum. Ex quo manifestum est quod angulus semicirculi est angulo recto rectilineo minor et accuto rectilineo maior sed equalis nunquam potest esse. ¶ Primo pars patet per primam partem premisse figura a.n. hic disposita sic sicut prius eodem modo dico quod angulus c o d qui est angulus intrinsecus ex diametro et circumferentia contentus vocatur angulus semicirculi et est omnium accutorum maximus quoniam angulus b a c est rectus per quintum huius et per consequens angulus semicirculi non differt a recto nisi in angulo contingentie qui est minor omni angulo accuto rectilineo per primam partem premisse sed omnis rectilineus accutus differt a recto in plus quam sit angulus contingentie igitur angulus semicirculi est maior omni angulo rectilineo accuto et est minor recto ut constat et per consequens minor est obtuso et sic patet prima pars. ¶ Secunda pars patet per secundam partem premisse eodem modo disposita figura sicut primo patet quod extendendo centrum semper est angulus contingentie minor et ita per consequens erit angulus semicirculi semper maior et tamen maior est o i d quam a b et hic maior est quam tamen si crescit in infinitum nunquam perueniet ad equalitatem anguli recti. ¶ Corollarium patet sit circulus o b super centrum e cuius diameter o b c sit super a.a. ortogonaliter contingens circulum dicens tunc quod quis angulus maior angulo semicirculi detur quis est rectilineus puta angulus d a b et angulus minor puta g o b non tamen est dare equalem. si enim sit ei equalis sit angulus c a b et cum angulus semicirculi sit amplissimus omnium accutorum per primam huius erit angulus c a b amplissimus omnium accutorum seu angulus f a b est amplior c o b sicut totum sua parte. ergo aliquid est amplius amplissimo quod est impossibile. ¶ Similiter sequeretur quod angulus contingentie esset equalis et minor rectilineo quia si angulus c a b est equalis angulo semicirculi et angulus semicirculi cum angulo contingentie est equalis uni recto angulo tunc sequeretur quod c a d sit equalis angulo contingentie et per consequens angulus contingentie est maior angulo rectilineo quia angulus c o d est maior angulo f o d. ¶ Ex isto inducit campanus tales argumentationes non valere contingit reperire maius et minus hoc eodem demonstrato ergo contingit reperire equale. Item hoc transitur a minori ad maius et per omnia media ergo per equale tales enim consequentie non valent prima non valet per huiusmodi correlarium secunda etiam non valet quod sic patet ymaginemur lineam a g moueri super puncto a per circumferentiam orcbus b c a ita quod punctus g mutet omnia puncta orcbus b c a quousque veniat ad lineam a d et cooperiet ipsam et quia angulus b a d est rectus sequitur quod transcurrendo a per minores angulos veniat ad maiores in puncto d nullo angulo equali accepto angulo semicirculi Octaua conclusio





Maioris portionis angulus semicirculo maior recto est minor minoris vero minor recto. ¶ Ista patet per quartam capituli de triangulis diuidendo enim circulum o b c per cordam b a i in duas portiones circuli quarum minor sit o c b superior maior sit a b c inferior cum igitur e a dentro zero constituat angulos portionis maioris et minoris dico quod angulus a b c superior est minor recto et angulus a b c inferior

maior recto. ducã enim diametrum.a.d.c.& lineam c.b.et d.b.et f. eritq; per quartã de cir culis angulus.a.b.c.rectus quare per primũ de lineis angulus.a.b.f.est rectus sz angulus porcionis minoris.f.angulus.e.b a.est pars huius recti ergo est minor recto. Item angulus.a.b.c.rectus ergo angulus portionis semicirculo maioris q̃ est.a.b.c. ergo angulus porcionis scz.a.b.c.est recto maior. ¶ Ex hoc pz insufficiẽcia cõtra argumẽ tationem parũ factam.vij non valet trãsitur de minori ad maius.f. de angulo porcio nis semicirculo minoris qui est minor recto ad angulũ porcionis semicirculo maior qui est maior recto non transcurrendo tamen per equale.hoc pz si in circulo.a.b.c. sit diameter.a.c.et.a.b.moveatur abscindẽs porcionẽ semicirculo minore per omnia puncta arcbus b.c.in omni pũcto circa.c.faciet cũ arcbu in ferioris angulum maiorem recto & cum arcbu superiore minore recto & in omni puncto vltra.c.faciet cũ arcbu inferiori angulũ minorem recto & cum superiore maiore recto vt pz p hanc.s3 cũ ergo.c.cum pre superiori & inferiori faciet angulos minores recto transitur enim de minori ad maius p omnia media.sed non p equale & sic in e.ccl. sed est reperiri ma ius angulo angulo semicirculi & minorem nõ tñ equalem vt existit pz. hoc ergo possi bile. ciones angulorum descendam sup pfin cenationem cetro & tangendo breuiter de fi guris circularibus pcentricis & sit hec prima conclusio de ista ymone de materia cir culorum.

Nona conclõ

Irculorum se inuicem secancium centra diuersa erũt necessario ¶ Sit.n.duo circuli.a.b.c.et.a.b.d.secãtes se sup duo puncta.a.et.b. dico q̃ eorũ cẽtra sũt diuersa si eẽ dabuerit ide centrũ necez erit di uidi in porcione cõem vtriq; circulo.sitq; illud.e.& ducãtur linee.e.c. e.t d. eritq; p diffinitionẽ circuli due linee.e.a.et.e.d.equales & p eã dem diffinitionẽ linee.e.a.et.e.c.erunt equales quare.e.d.equalis erit.e.c.& sic pars toti cum vtraq; earum sit equalis linee.e.a.per terciam cõem scientiam quod ẽ impossibile

Decima conclõ.

Irculos se contingentes excentricos esse necesse est. Hec circulis contingentibus quorum vnus est extra alterum non est dubium cum nihil cõmune habeãt nisi pũctum cõtactus. De circulis cõtingentibus quorum vnus est intra aliũ phatur sic duo circuli.a.b.et.a.d.cõtingentes se in pũcto.a.q̃ si dixerit idẽ cẽtrum non potest esse nisi intra minorem eorum per diffinitionem circuli.sitq; ipsum centrũ minoris.c.& ducantur linee.c.a.et.c.d.et.c.b.eritq; p diffinitionẽ circuli vtraq; linearum ductarum.b.c.et.c.d.equales linee.a.c.& per cõm.c.b.et.c.d. erit equales & pars toti q̃ est impossibile. Postremo addã tres cõclusiones ostẽdens pfectionem circuli & pars q̃ est de cetro in veniendo

Undecima cõclõ

centrũ circuli p duas sectiones differẽtes inuenitur q̃ ẽ apud euclidẽ pria ¶ Ex figura sit circulus positus.a.b.c.cuius volumus centrũ inuenire.in ipso circulo duco lineam.a.c.qualitercumq; diuidat q̃ diuido equaliter in puncto.d.& a puncto b.extrahã pp ndicularter lineas sup.a.c.q̃ applico circũferentie que sit linea.b.e.c.q̃ diuido p equalia in pũcto.f.p lineã.g.b.hoc igitur puncto.f.dico q̃ centrũ circuli ab eo n.oẽs linee ducte ad circũferentiã sũt equales hec cõclusio ẽ de semidiametro & circũferentia q̃ est mẽsura distantie ad circũferentias


¶ Duodecima cõclõ.


Ex semidiametri abscindentes totam circumferentiam exago num regularem intra circulum constituunt. ¶ Ista pz ex vlti capitulo de lineis viã p illã.6.trigoni replet locũ circa punctum.et ijsdem q̃ tales.6.linee faciunt exagonũ regularem cuius ãguli equaliter recedũt ab illo pũcto sicut si describatur circulus sup illõ trãsibit p angulos exa goni erũt vtiq;.6.abscisiões in circũferentia p.6.cordas equales semidiametro & erit exagonus inscriptus circulo. Ex hoc pz q̃ d.6.trigoni regulares pstringũt circulo intrin fece. Tertia pclõ est de nõ ero circulorum pstingentium circulũ extra


Decia tertia pclõ


d 1



























Sex circuli equales contingunt circulum externus. Ista patet quia si a centro secundum quantitatem dati circuli extendantur .6. linee secundum quantitatem totius diametri que sunt latera triangulorum replentium locum circa idem centrum faciettur extra circulo exagono continente ipsum. Si circulus autem circa positum super extremitate cuiuslibet illarum .6. linearum describatur circulus equalis primo circulo. patet quod unusquisque tangit ipsum prima quia scilicet obtinet medietatem illarum linearum ascendentium et similiter unusquisque tangit duos propinquos circumpositos nullus etiam alium secat nec ab alio secatur. patet etiam quod .6. circuli tangunt unum circulum possunt. ultime. Ex hiis enim conclusionibus senarius attestatur perfectionem circulationis in prima habemus senarius porcionum que sunt extremitates linearum. In secundo senarius linearum. In tercia senarius circulorum. Hinc ysoperimetrorum conclusiones permittit consideratio post triangulum et quadrangulum recte locum habet. ysoperimetro et pallides in ipsis sunt et aliis figurarum specierum inter se mutuo comparate. unde et hec consideratio comparativa de figuris inter se in nulla ysoperimetra in ubi existere alia cuius ysoperimetra dici possit est enim similis et non sibi.

Capitulum quintum de figuris ysoperimetris. Prima conclusio.

Ysoperimetre sunt figure una altera quarum perimetri sunt equales. Ista statim patet per terminos expositos perimeter est figure est terminus vel terminus sub quo vel sub quibus figura perimetrum quacumque mensura perfertur circumferentia in circulo una et .3. linee in trigono. Et sufficienter est binarius terminus vel terminus continens dicitur area latitudinis vel embadum vel embadum vel in greco et perimeter est dictio composita sicut diameter et dia perimeter est circum et metros mensura quasi mensuratio figura circum circa. oportet autem perimeter cum ysoperimetra greco quod sonat idem quod equale et dicitur ysoperimeter. a. unum. adiective quod interpretatur equalis mensuratio sive ysoperimetra equale perimeter circum mensuratio vel. Et ex hoc patet positio sine videri sufficit ysoperimetre sunt figure quarum perimetri sunt equales. unde trigonus est ysoperimeter quadrangulo quando equalibus ambitur perimetris et circulus trigono et tetragono et sic de aliis. Secunda conclusio.

Omnium poligoniorum ysoperimetrorum quod plurium est angulorum maius est. Et est poligonium plurium angulorum figura sicut exagonium figura rectorum vel rectilinearum. Huius conclusionis ostenda in primo poligoniorum. Et trigono et tetragono accepto ergo trigono ysopleuro vel ysocheles. a. b. c. ita quod si sit ysocheles latera que sunt. a. b. et. a. c. sunt equalia ergo dico puncto. d. quod est in medio basis ducam ortogonalem lineam. d. a. que dividit trigonum. a. b. c. in duos trigonos equales deinde educam lineam. c. e. equalem et equidistantem. d. a. lineas ducam lineam. e. a. que dividet. a. d. in tetragonum altera parte longiorem figuram. a. d. c. e. Hiis dispositis dico quod tetragonus. a. d. c. e. habet aream equalem aree trigoni. a. b. c. Secundo dico quod tetragonus habet perimetrum minorem trigono. Tertio ex hoc concludam quod si addatur aliquid perimetro tetragoni et fiat equalis perimetro trigoni maior erit area tetragoni quam sit trigoni sibi ysoperimetri. quod aree sint equales quod est primum patet quia a. c. linea dividit tetragonum in duos trigonos equales per primam capituli de quadrangulis et a. d. linea dividit. a. b. c. trigonum in duos trigonos equales per secundam capituli de triangulis igitur sunt ibi tres trianguli partiales equales inter se quorum primus et ultimus sunt equales ergo si ipsis equalibus idem commune addiderimus parte trigonum medium erit equale quod utrobique resultat per quod aream continentur hoc ergo constat quod aree sunt equales quod erat primum propositum. Secundum patet quia duo tetragoni latera scilicet. d. c. et. a. c. sunt equalia tertia linee. b. c. et linea. b. a. est maior linea. a. d. quia si trigono maiori opponitur angulo et caterone linea. a. c. maior est. e. c. quare tria latera trigoni sunt maiora quatuor lateribus tetragoni igitur tetragonus habet perimetrum minus quam trigonum. Ex istis duobus sequitur tercium quod si addatur aliquid perimetro tetragoni ut fiat equale perimetro trigoni maior erit area tetragoni quam area trigoni quia illud principium verum si minus continet equale maius continet amplius addantur ergo porciones quibus superhabundat linee. a. b. et. a. c. super. a. e. lineas. d. c. et sint. e. f. et. c. g. et vocatur. g. f. equalis. e. c. erit tetragonus. a. f. d. g. ysoperimeter trigono. a. b. c. cuius area maior area trigoni secundum quantitatem superficiei. e. f. c. g. patet ergo propositio quantum ad trigonum et quadrangulum et potest probari in omnibus universaliter. Ex pluralitate angulorum fertur dilatatione in figura quanto in pluribus angulis magis recedit a centro et ideo maior pluralitas angulorum maiorem extensionem fert in figura ceteris paribus in perimetris.

¶ Tertia conclusio




Omnium poligoniorum ysoperimetrorum et equalis multitudinis angulorum maius est equiangulum. ¶ Cum ita sit quod est plurium angulorum maius sit, nunc speculandum est de poligoniis totidem angulorum sed inequalium cuiusmodi sunt duo tetragoni quorum unus est equiangulus alius non. dico ergo de omnibus talibus poligoniis ysoperimetris quod maius est quod est equiangulum quod ostendam in tetragonis memoratis describatur enim a.b.c.d. parallelogramum in equalium angulorum. deinde a puncto d. erigatur d.f. linea perpendiculariter ad a.b. et a puncto c. erigatur c.e. perpendiculariter et ducatur linea e.a. in continuum et directum cum a.b dico tunc quod duo trianguli d.f.b. et c.e.a. sunt equales. ut patet ex nona propositione capituli de triangulis. Est autem angulus f. rectus et per consequens maximus in suo triangulo ergo b.d. est maximum latus in illo triangulo. similiter in alio triangulo e. angulus est rectus et per consequens latus c.a. est maximum in illo. ut patet per tertiam capituli de triangulis protraham igitur d f usque ad g. ad equalitatem d.b. Item ex alia parte protraham c.e. usque ad h. ad equalitatem c.a. et ducam lineam g.h et habebo c.d.g.h. equiangulum ysoperimetrum predicto est enim d h equale d.b. et c.g. equale c.a. Item g.h. est equale a.b cum sit equale e.f. quod est equalis a.b. sicut patet quia equales sunt partes e.a. et f.b. igitur si eisdem addatur idem commune puta a.f. adhuc erunt equales per quintam conceptionem sunt igitur hi ysoperimetra tetragonum g.h.c.d. et tetragonum a.b.c.d. sed planum est rectangulum g. [illegible] maius esse secundum aream quod sit superficies a.b.c.d. quia continet ipsam totam scilicet a. b.c.d. preter triangulum f.d.b. loco cuius habet triangulum e.c.a. equalem sumpto extero ergo continet equale et ultra hoc continet quadrangulum rectangulum g.h.e.f. ergo poligonium equiangulum maius est non equiangulo sibi ysoperimetro quod erat ostendendum.

¶ Quarta conclusio

Omnium poligoniorum ysoperimetrorum eque multitudinis laterum et equalium angulorum maius est equilaterum. ¶ Hec propositio proponitur propter eos qui procedunt et habent fiduciam per multiplicationem et probationem algorismi sit exempli sufficiens alterum parte longior ostetra sub 4. lineis quarum due sint bipedales et alie due 4. pedum et quarum 4 latera sunt 12. pedum igitur si unum duorum laterum sub quibus continetur ducatur in aliud habes quantitatem octo pedum quadratorum sed si facis de perimetro 12. pedum quadratum equale continet quod ipsum in quolibet latere habebit 3. pedes et tunc area erit 9. pedum quadratorum. Cum ergo illud equilaterum sit ysoperimetrum illi altera parte longiori sequitur quod equilaterum non equilatero sibi ysoperimetro sit maius et sic in qualibet specie figurarum regularis figura erit capacissima equalitate perimetro supposita. Et quia iam deveni est ad figuras regulares procedendo ab irregularibus etiam secundum eandem speciem poligoniorum nunc ponamus unam conclusionem generalem que est omnium figurarum regularissima et uniformissima omnium figurarum ysoperimetrarum

¶ Quinta conclusio

Omnium figurarum ysoperimetrarum circulus est maximus. Ex quo sequitur equalium superficierum omnium minimam lineam ut perimetro continet circulus. ¶ Ista conclusio patet ex tribus precedentibus scilicet quod plurium angulorum maius est ut dicit prima istarum circulus autem propter hoc est angulus et ut secundo celi et mundi est. Perimeter circuli curvatus in omnibus partibus et ubique capacior secundum applicationem partium non directum nec est aliqua in correctum ut patet per quartum capituli de circulo sequitur quod [illegible] tum ad hoc circulus sit capacissimus non enim quod plurium est angulorum est maius nulli enim quod perimeter est in pluribus locis recedit a medio nunc autem perimeter circuli ubique recedit a medio quantum possibile est in omnibus partibus suis sive locis. ¶ Item si quod est equiangulum maius est ut dicit secunda circulus autem est equalissimus incurvaturis suis quia uniformiter incurvatur eius perimeter sequitur quod quantum ad hoc circulus est maximus. ¶ Preterea si quod est equilaterum est maius ut dicit tertia circulus autem est equalissimus in suis lateribus quod patet si describatur poligonium equilaterum intra circulum tunc in quolibet



poligonū abscindit equā portionē de gimetro circuli q̄ quidem portiones sunt equales latera circuli sequitur q̄ quārū ad hoc circulus est capacissimꝰ quātu igitur ad oēs portiones capacitatis circulus maior est in planis figuris ꝯ consimiliter spera in solidis. Correlarium patet de se. Et sic est finis huius secūde partis.

Tractatus tercius de ꝓporcionibus ꝛ ꝓporcionalitatibꝰ habꝫ sex capitula.

¶ Capitulum primū de ꝓporcione cōmuni

Tercia ꝯsideratio est de ꝓporcionibus. Interest enī geometre totaliter tractare de ꝓporcionibꝰ quā arithmeticꝰ nō inuenit in nūeris oēs ꝓporcionū modos qm̄ infinite sunt, ꝓporciones quas nūero ꝯnatura nō patit quēadmodū testatur capitulū . ¶ Cum aūt in tēno ꝓporcōis est diffusa ꝛ lata ꝛ aplicatꝰ oībꝰ adinuicē fere ꝯparabilibꝰ scōm magis ꝛ minꝰ vt scōm hūc cōceptum cōem sic pōt diffiniri. Proporcio est aliquoꝝ adinuicem ꝯparabiliū vnīꝰ ad alteꝝ certa habitudo. Verbi gra. vt numeri ad numerū magnitudis ad magnitudinē sonū ad sonū. sine teporis ad tēpꝰ. motꝰ ad motū humoris ad humorem saporis ad saporem odoris ꝛ colorē. Geometra aūt trahit intēcione ꝓporcōis ad magnitudine ꝛ ibꝫ eam sic diffinire. Proporcio est duaꝝ quātitatū eiusdem generis vnīꝰ ad alterā certa habitudo. Dico aūt eiusdem generis qr sola talis comparabilia sunt adinuicem. ¶ Diuiditur aūt ꝓporcio in duas spēs q̄ accipiuntur in comparatione ad quātitates ꝓporcionaliter diuersas. Nā quātitatū quedā sunt cōicantes sive cōmensurabiles quedā dicūtur incōmunicantes sive incōmensurabiles. Quantitates communicantes dicūt ille quibus est vna quātitas cōmunis numerās eas. dicit aūt vna quātitas alias numerare quē secundum aliquem numerum accepta producit ipsam vt lineas pedalis mensurat bipedale vel tripedalem lineam sunt ergo cōmunicantes linea bipedalis vel tripedalis quas pedalis linea scōm binarium vel ternarium numerat. Quātitates vero qōibus non est vna cōmunis quātitas eas numerans dicuntur incōmunicantes sive incōmensurabiles cuiusmodi sunt diameter ꝛ latera quadrati sunt igitur secundum hec due proporcionis species scilicet rationalis ꝛ irrationalis. Proporcio rationalis debetur quātitatibus communicantibus ipsa quoq̄ sola est q̄ debetur numeris. ¶ Irrationalis vero nō ꝯpetit numeris sed quātitatibus incommensurabilibus. ¶ Unū manifestū est q̄ ad geometram pertinet totalis ꝓporcionis consideratio q̄ omnis ꝓporcio est magnitudinis licet non omnis proporcio est numeralis. ꝓporcio igitur rationalis denominatur in mediate ab aliquo numero cum eius sic quātitatum communicantium eꝫ vt secundum aliquem numerum maior vel aliqua pars minor nō maiore numeret ꝓpter q̄ dicit Euclides quod omnium duarum quātitatum cōmunicantiū est proporcio veluti ad alteram tanq̄ proporcio numeri ad numerum ꝛ hoc magis patebit inferius. ¶ Diuiditur autem hec species ꝓporcionis scōm omnem modum scōm quem diuisa est ꝓporcio in arithmetica. Nam in arithmetica alia est equalitatis. alia inequalitatis. Et proporcio inequalitatis subdiuiditur. Alia enim est maioris inequalitatis. alia minoris. ꝛ vtraq̄ accipitur inter eosdem terminos variato ordine p̄ma enim est habitudo maioris termini ad minorem secunda minoris ad maiorem ꝛ vtraq̄ scōm .v. species sub diuiditur. qñ spēs maioris inequalitatis sunt .v. vꝫ ꝓporcio multiplex. ꝓporcio superparticularis ꝛ proporcio superpartiens. Item ꝓporcio multiplex superparticularis ꝛ proporcio multiplex superpartiens. ꝛ totidem habet spēs proporcio minoris inequalitatis que eisdē designātur nominibus addita ista prepositione sub ꝛ hec omnia sunt dicta in arithmetica. Et de multiplicibꝰ diuisionibus istaꝝ specierū dictū est ibi quare non oꝫ hic ꝯplius insistere. ¶ Proporcio aūt irrationalis nō denominatur sicut immediate ab aliquo numero vel ab aliqua ꝓporcione numerali q̄ nō est possibile vt scōm aliquem numerū aliqua pars minoris numeret maiorem. contingit tamen mediate denominari proporcionem irrationalem a proporcione numerali vt proporcio diametri ad costam est medietas proportionis duple ꝛ ita capiunt aliē species hanc ꝓporcionis denominationem a numero. ¶ Diuiditur aūt hec ꝓporcio in duas species que accipiuntur penes cōparationē ad quātitates incōmensurabiles ꝛ ad modos diuersitatis in eisdem vt eꝫ exemplū gra dedē ad lineam. linearū q̄daꝫ sunt incōmensurabiles in lōgitudine tm̄ q̄da sūt icōmēsurabiles i lōgitudine simul ꝛ i potētia scōmensurabiles i lōgitu



dite tm fint qua ꝫ lõgitudine non tñ edicibus tñ. Si sint sufficies quadrate in quas possunt cõcentre hec sint incõmensurabiles in lõgitudine tm ꝫ cõicantes in potẽtia. Et hec est spẽs pria exemplum vt diameter et latus quadrati eiusdem que nõ cõicant actu quo ꝫ ꝫ cõicant ꝫm ꝓportione dupla. Sint tñ sufficientes quadrate in quas possunt he linee q̃ sunt in cõicantes ꝫ incõmensurabiles in logitudine. fuit etiam in cõicabiles ille linee dicunt incõmensurabiles in lõgitudine ꝫ in potentia ꝫ hec spẽs est scđa. ex-emplum accipiat linea medio loco ꝓportionalis inter diametrum ꝫ costam ꝫm artem infra ponendam ibi latus quadrati ꝫ illa linea media iuncta sint incommensurabi-lia in logitudine constat qꝛ cum extrema fuerint incõmensurabilia inter se erunt ꝫ in-cõmensurabilia cũ medio qd ꝫm proportionem cõtinuã geometricã medietatis interip- ve oñdam in sequentibus ꝫ ee linee incõmensurabiles erunt in potentia qꝛ quadra- capiti non cõicant. Nam ex vicesima septima sexti libri euclidis cum trium linearum cõtinue ꝓportionabiliũ quarta cõpta ad tertium tm erit quadratum prime ad quadratũ secde sed prima q̃ est costa est incõmensurabilis tertie q̃ est diametrum igitur quadrata prime ꝫ secde q̃ est in medio loco ꝓportionalis erunt incõmensurabilia q̃ quadrata dicuntur ꝫ ꝫ p pñs non cõicant quo ad lineas solũ ꝫ etiam quo ad potentias. Po- test aut vtraq ꝫ spẽs diuidi itemq in tot spẽs quot modis accidit lineas sic vel sic ee in-cõmensurabiles. Nã nõ solum linee possunt esse incõmensurabiles in longitudine tm sicut diameter ꝫ costa ꝫ etiã alio modo forte infinitis similiter dico de his incõmensurabilibus in lõgitudine ꝫ potentia quia non sunt solũ ille linee q̃ accipiũtur medie inter diametrum ꝫ costa ꝫ etiam medie inter illam mediam ꝫ istas ꝫ ite medie inter illas medias ꝫ sic in infinitum.

Capitulum secundum de proportionalitate et speciebus suis

Proportionalitas aũt sicut dictũ est in arismetica est similitudo ꝓportionũ. Ꝗ ad minus requirit duas similes proportiones. Di-cuntur aũt proportiones similes quarum est eadem denominatio vt dupla ꝫ dupla tripla ꝫ tripla sexqualtera ꝫ sexqualtera ꝫ sic de aliis ꝫ medietate duple et genere proportionum irrationalium. Tales autem ꝓportiões aut communicant in vno termino aut non. Et primo quidem modo fit ꝓportio-nalitas cõtinua q̃ ad minus in tribus terminis est cõstituta vbi cõns prime ꝓportionis est ãns secude vt sicut. a. ad b ita b ad. c. et hec est cõmunicatio in termino. b. secundo fit ꝓportionalitas discõtinua vel disiuncta ad minus in. 4. terminis constituta ꝫ media sunt diuersa vt sicut. a. ad. b. ita c. ad. d. Cõtingit tñ in eisdem terminis vnam ꝓportionalitatẽ inferri ex alia multis mõis cũ fuerit proportionalitas discõtinua ꝫ euclides ponit. 6. modos ꝫ sunt quasi q̃dam modi arguendi ꝫ secundum hoc sunt 6 species proportionalitatis discõtinue. s. conuersa permutata coniuncta disiuncta euersa ꝫ equa. ꝫ in modo arguendi requirit ad minus duas proportionalitates ꝫ proportionalitas ad minus requirit duas proportiones ꝫ est vna antecedens alia vero cõns q̃ infertur vocetur tamen quatuor ꝫ ipsi termini antecedentia ꝫ cõ-sequentia ꝫ qui prior est in proportionalitate qualiter vocatur ãns posterior cõns. Sic accipies de eis sub descriptionibus sequentibus. Cõuersa igitur proportiona-litas est cum ex antedentibus fiunt cõntia ꝫ ex cõntibus antecedentia ordine contrario sic arguendo sicut. a. ad b ita. c. ad. d. ergo sicut. b. ad. a. ita. d. ad. c. hic est a. ꝫ c. ãt primo antia ꝫ postea cõntia ꝫ econuerso est de. b. ꝫ d. istud idem ꝓbat in numeris acc- secundo. 6. 4. 3. 2. ꝫ idem in magnitudinibus siue cõmensurabiles fuerint siue nõ cõmensu-rabiles eum dicitur eo modo numerorum ꝓbat etiam de incõmensurabilibus si enim intellige- per. d. latus quadrati parui per. c. eius diametrum per. b. latus magni quadra- per. a. diametrum eiusdem verum est quod sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. et ex hoc sequitur quod sicut. c. ad. c. ita. b. ad. a. Permutata ꝓportionalitas dicitur ex ante secde ꝓportionis ꝫ cõns prime ꝫ ex cõnte prime fit ãns secde ꝫ sic arguendo sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. ergo permutatim sicut. a. ãns ad. c. ãns ita. b. cõns ad. d. cõsequentem ꝫ tenet cõntia similiter siue per has litteras intelligas numeros siue magnitudines siue cõmensurabiles siue incõmensurabiles in omnibus cum q̃titatibus tenet ista cõntia. Assumitur iste mo-dus arguendi in aliis scientiis ꝫ ad diuersas materias trahitur sed quando in aliis tenet ꝫ quando non difficultatem habz ꝫ ideo de hoc conuersam secundo modo arguendi






proportionalitas composita ex proportionibus irrationalibus potest inferri ex proportionalitate composita ex rationalibus et econuerso quia sequitur sicut costa maior ad suam diametrum ita costa minor ad suam diametrum igitur sicut costa ad costam ita diameter ad diametrum sed possibile est quod costa sit dupla ad costam et tunc sequitur quod diameter sit dupla diametro hoc autem non accidit in primo modo et causa est quia in primo si antecedens est ex proportione maioris inequalitatis consequens erit ex proportione minoris inequalitatis et econtra semper autem in eisdem terminis cum proportio maioris inequalitatis est rationalis erit et rationalis minoris inequalitatis proportio et econuerso nominata cum non differat nisi per hanc positionem sub et per consequens rationalis non infert irrationalem nec econuerso. ¶ Coniuncta proportionalitas est quotiens a desiunctis terminis arguitur ad coniunctos ut dicendo sic sicut a. ad b. ita c. ad d. igitur coniungendo terminos tenet sic sicut a. b. ad b. ita c. d. ad d. eodem ordine seruato. ¶ Disiuncta proportionalitas dicitur cum conuerso a coniunctis terminis ad eosdem diuisos arguitur ut sicut a. b. ad b. ita c. d. ad d. igitur sicut a. ad b. ita c. ad d. Et in isto seruatur idem ordo in terminis in quibus fit illatio. ¶ Euersa proportionalitas est a diuisis et simplicibus terminis ad coniunctos vel compositos non eodem ordine sed econuerso proportionalis illatio ut sicut a. ad b. ita c. ad d. igitur sicut b. c. ad c. ita b. a. ad a. et differt a coniuncta quia in illa arguebatur ad consequentis hic autem ad antecedentis et ideo vocatur euersa. Et potest esse duplex vel euersa coniuncta vel euersa disiuncta quamuis de eis cum duabus speciebus predictis etiam possint alij modi arguendi fieri ex permutatione dictorum modorum. ¶ Equa proportionalitas est duabus multitudinibus quantitatum propositis et sibi in similitudine proportionum correspondentibus subtractio mediorum primarum et ultimarum in habitudine proportionalis illatio sic arguendo sicut a. et b. et c. inter se ita d. e. f. inter se igitur sicut a. ad c. ita d. ad f. Et isti sunt modi arguendi utiles in omni quantitate continua et discreta. Et in omnibus quattuor quantitatibus proportionalibus potest fieri quia omnes has preter ultimam que sex terminos requirit. Unde si fuerint quattuor termini vel quantitates proportionales conuersim erunt proportionales et permutatim et coniunctim et diuisim et rursus disiunctim quod dico quia disiunctim oportet coniunctam precedere sicut in descriptione proportionalitatis disiuncte dictum est. ¶ Generalis autem forma arguendi in omnibus istis potest esse talis sicut primum ad secundum ita tertium ad quartum igitur sicut quartum ad tertium ita secundum ad primum ut in conuersa vel sic ergo sicut primum ad tertium sic secundum ad quartum ut in permutata et sic de aliis et tunc subinfertur sed primi ad tertium est proportio talis vel talis ergo secundi ad quartum est proportio consimilis et sic suo modo est in aliis argumentis. ¶ Aristoteles autem in tertio topicorum utitur tali modo arguendi in proportionalitate permutata sicut primum ad secundum ita tertium ad quartum igitur permutatim sicut primum ad tertium ita secundum ad quartum sed primum superat tertium plus quam tertium superat quartum ergo secundum plus superat quartum quam idem tertium superat quartum exemplum sumatur in numeris. 6. 4. 3. 2. et arguatur sic. sicut se habet. 6. ad. 4. ita 3. ad. 2. quia utrobique est proportio sexquialtera igitur sicut 6. ad. 3. ita. 4. ad 2. quia utrobique est dupla proportio sed sic se habent. 6. ad. 3. quia. 6. superant. 3. plus quam 3. superant. 2. quia superatio. 6. ad. 3. est secundum proportionem duplam sed. 3. ad. 2. secundum proportionem sexquialteram proportio autem dupla maior est proportione sexquialtera igitur sic se habent. 4. ad. 2. quia superant. 4. 2. plus quam 3. 2. quia superatio 4 ad. 2. est secundum proportionem duplam sed. 3. ad. 2. secundum proportionem sexquialteram ut prius tenet aut ista forma per hoc quod proportio primi ad tertium et secundi ad quartum sunt equales sicut concluditur per generalem formam arguendi ergo quantum una proportio est maior et altera

¶ Capitulum. 3. de regulis proportionum in communi. Prima regula

Subiungam nunc quasdam regulas et conclusiones proportionum in communi prima est hec. ¶ Quanta est aliqua quantitas ad aliam tanta est denominatio eius proportionis ad ipsam. ¶ Ista patet in uenerabile quoniam si fuerit una linea equalis alteri equalis proportio erit utrius



les et sesquidupla fuerit linea etiam et proportio dupla erit et si fuerit incommensurabilis et excrescens in longitudine et potentia et proportio irrationalis similiter erit etenim proportio nis denominatio conformis habitudini terminorum. Et hinc manifestum est quod nul la quantitas excedit alteram in proportionabiliter quin vna excedit aliam incommensu rabiliter. ¶ Secunda regula sic sit. ¶ Proportio extremorum ex proportione medio rum proportionabilium constat. ¶ Ista patet exemplum accipio .n. duas litteras .a. et .c. duplam et subduplam adinuicem tunc proportio .a. ad .c. componitur ex proportione medij vl medio rum sumptorum inter .a. et .c. sit ergo .b. inter .a. et .c. siue secundum proportionabi litatem continuam et proportiones similes siue secundum proportiones dissimiles et ine quales seu discontinuas constat quod quantum est .b. ad .c. tantum est .a. ad .c. et ad hoc am plius quia quantum .a. excedit .b. ergo .a. excedit .c. secundum proportiones duorum exces suum sumptorum igitur excessus ille continet excessus illos quare habitudo conti net habitudines et proportio proportiones et hoc voco proportionem compositam ex proportioni bus. consimiliter quoque si fuerint plura media ex omnibus proportionibus omnium me diorum illorum inter se et ad extrema componitur proportio extremorum quia propter vi detur quod omnis proportio potest resolui multipliciter in proportiones. ¶ Exemplum de proportione dupla potest .n. resolui in duas proportiones similes et ille sunt irrationales pot etiam resolui proportiones rationales licet non similes. Nigra in sexqualteram et sexquitertiam si cut quaternarius excedit binarium puta secundum proportionem sexqualtera que est ternarij ad binarium et secundum sexquitertiam que est quaternarij ad ternarium si autem accipiatur duplam proportionem secundum senarium et ternarium inuenies plura media et plures proportiones et sic semper ascendendo ad maiores numeros.

¶ Tertia regula.

Proportiones sunt equales quarum denominationes sunt equales ¶ Hoc sequitur ex prima accipio .n. duas lineas .a. et .b. siue sint equa les siue non et arguo sic quanta est linea .a. ad suam medietatem tanta est proportio eius ad suam medietatem per primam regulam sed quanta est .a. ad suam medietatem tanta est .b. ad suam ergo quanta est proportio .a. ad suam medietatem tanta est proportio .b. ad suam medietatem. Iste proportiones habent equalem denominationem quia sunt duple. igitur proportiones habentes eas dem denominationes sunt equales et eodem modo arguitur in omnibus. Et ex hoc potest accipi argumentum ad probandum relationem esse distinctam rem a rebus ab solutis quoniam si linea .a. sit maior linea .b quantitates erunt inequales et tamen sunt equales proportiones earum ad suas medietates sicut nunc ostensum est.



¶ Quarta regula.

p Proportiones sunt inequales quarum denominationes sunt inequales et in multiplicibus quidem secundum eundem se habet denominatio et proportio in superparticularibus vero ordine conuerso ¶ Prima pars huius patet per premissam quia si equalitas proportio nis et denominationis coniunguntur necessario vt propositio dicit premissa ergo con iungentur per oppositum inequalitas proportionis et inequalitas denominationis quemadmodum proponit hoc presens theorema. secunda pars patet et primo in mul tiplicibus quoniam tripla proportio maiorem denominationem habet quam dupla et ipsa etiam est maior proportio quam dupla proportio est .n. dupla pars proportionis tri ple vt patet per secundam huius patet hoc in superparticularibus vbi est ordo con uersus nam ibi proportio maior minorem habet denominationem et minor maiorem quia sexqualtera maior est quam sexquitertia quia sexquitertia pars sexqualtere est sed a minori numero denominationem habet sexqualtera. Quinta regula

q Quantitates sunt equales quae ad vnam quantitatem pares proportiones habent equales ¶ Quoniam si habent equalem proportionem ad tertiam equalis est ex cessus earum super illam tertiam ex premissis et si est equalis excessus ea rum super idem commune ipse quantitates erunt equales inter se per quintam eu clidis Ex ista patet summum argumentum ad probandum quod unum infinitum non sit ma

ius olis infinite quoniam omnium infinitorum ad vicem magnitudinem vel multitudinem finitam est equalis excessus quoniam infinitus et per consequens equalis proportio. igitur omnes infinite erunt inter se equalia igitur unum non erit maius alio ergo supposita eternitate mundi a parte ante non fuissent plures revolutiones lune quam solis preterite

Sexta regula

Quantitates quarum equemultiplices sunt equales ipse inter se sunt equales

¶ Patet quoniam sub multiplicium et equemultiplicium eadem est proportio et hoc patet ex arithmetica. sequitur igitur secundum proportionalitatem permutatam quod sicut multiplex ad multiplex ita submultiplex ad submultiplex. sed multiplicia sunt equalia ex ypotesi ergo submultiplicia erunt equalia. Ex istis potest fieri argumentum ad conclusionem oppositam conclusionis inducte in premissa. quod unum infinitum possit esse maius alio. nam sit ectur oppositum accepto tunc unitatem et dualitatem et infinitas unitates et infinitas dualitates et arguo sic in finite unitates sunt eque multiplices ad unitatem sicut infinite dualitates ad dualitatem. sed infinite dualitates sunt equales infinitis unitatibus per te igitur unitas equalis est dualitati quod est impossibile.

¶ Capitulum quartum de proportionibus irrationalibus in speciali

Prima regula

Accedam nunc in speciali magis ad proportionalitatem irrationalem ponendo regulas et conclusiones sitque hec conclusio prima

¶ Omnis quantitas omni quantitati est proportionabilis: sed non omnis omni commensurabilis. ¶ Prima patet ex diffinitione proportionis et ex prima precedentis capituli quoniam omnis quantitas ad omnem quantitatem aliam eiusdem generis est aliqua quantitas vel minor vel maior vel equalis et quia est una quantitas ad aliam tanta est proportio eius ad illam per primam precedentis capituli ergo omnis quantitatis ad aliam quantitatem eiusdem generis est aliqua proportio. Secunda pars patet ex diffinitione quantitatis commensurabilis et incommensurabilis. possunt enim esse due quantitates quarum una est minor alia et finite quibus nulla est quantitas communis eas numerans sicut sunt diameter et costa quadrati igitur non omnis omni est commensurabilis.


¶ Secunda conclusio

Omnium duarum quantitatum communicantium est proportio alterius ad alteram quantitatis numeri ad numerum si autem earum non sit proportio tanquam numeri ad numerum incommunicantes est.

¶ Suposita premissa statim patet ista ex diffinitione communicantium quantitatum et incommunicantium si enim sunt communicantes ergo habent quantitates aliquam se communiter numerantem vt in superparticularibus vel minor ipsa maiorem numerat vt in multiplicibus. si illa non quantitas communiter numerans erit secundum aliquem numerum et aliquotiens in maiori et etiam aliquotiens et secundum aliquem numerum in minori large accipiendo numerum aliter illa quantitas non numerabit maiorem et minorem communiter accipio ergo illos duos numeros secundum quorum alterum est in maiori et secundum alterum in minori manifestum est quod proportio que est illorum numerorum adinvicem est ipsarum duarum quantitatum. ¶ Ex quo sequitur prima pars huius propositionis ex qua etiam patet secunda si nulla talis mensura communis eas mensuraret quantitatum enim resolverentur in partes: iam non communicantes seu incommensurabiles dicerentur.

Tertia conclusio.

Diametri quadrati ad latus eiusdem est proportio irrationalis quod ostenditur. diameter et costa sui quadrati assimeter .i. incommensurabilis. ¶ Ista patet ex premissis quoniam proportio lateris quadrati ad diametrum non est tanquam numeri ad numerum et hoc probo quoniam diameter est medium proporcionale inter extrema duple proportionis ut ostendam sed in numeris impossibile est invenire numerum proporcionalem medium inter duos



medium duplum et subduplum seu inter extrema duple proportionis: ergo diameter ad costam suos est proportio secundum habitudinem numeri ad numerum. assumptum probo sic. sit enim. e.c. latus quadrati parui et diameter eiusdem. d.c. super lineam. d.c. constituo quadratum aliud sitque. a.b. c.d. et ducatur. a.c. diameter eius constat quod a.c. est duplum. e.c. seu sicut se habet. e.c. ad. d.c. ita se habet. d.c. ad. a.c. quod utrobique est comparatio lateris quadrati ad suam diametrum. ergo ille .3. linee. scz. a.c. et d.c. e.c. habent se secundum proportionalitatem continuam igitur d.c. est medio loco proportionabilis inter. a.c. et. e.c. que sunt extrema proportionis duple patet ergo propositio finaliter. ¶ Quod autem colligitur in theoremate quod omnis diameter est asimeter coste est iteratio sententie premisse in verbis apud aristotelem usitatis est enim simetrum illud quod est commensurabile. asimetrum vero illud quod est incommensurabile. ¶ Alio modo probandi dictum prius assumptum est ex proportione quadratorum diametri et coste et iste tangetur in sequenti capitulo. ¶ Ex predictis patet qualiter debet dici proportio diametri ad costam quoniam est medietas duple proportionis. a.c. proportio dupla. a.c. ad. e.c. componitur ex proportione maioris ad medium scz. a.c. ad d.c. et medii ad minorem scz. d.c. ad. e.c. que sunt proportiones equales et similes et quelibet earum est medietas illorum extremorum scz. a.c. et. e.c. in quibus est dupla proportio ergo est medietas duple proportionis quod propter altera earum et quelibet simul dicitur medietas proportionis duple sicut aliquod totius pars aliquota medietas. Patet etiam qualiter continuari potest ista proportionalitas sive accipiendo maiores quantitates sive minores quoniam debet mutando costam quadrati maioris in diametrum minoris quadrati vel conuerso diametrum minoris in costam maioris. Huius exemplum est famosum in prima ad eo declarationi eius magis insisto. quarta conclusio erit de medio proportionali inueniendo geometrice inter duas lineas datas qualescumque sive earum fuerit una proportio sive non et est talis.



¶ Quarta conclusio.



Datis duabus lineis illisque directe connexis et ligatis si super totam lineam sic ex duabus agregatam describatur semicirculus et a communi medio duarum linearum sic connexarum linea ortogonaliter ad circumferentiam venerit inter datas lineas secundum proportionalitatem continuam mediabit.


Hanc declaro in terminis accipiatur diameter et costa quadrati volo inuenire mediam lineam secundum proportionalitatem continuam medium inter ipsas sit ergo diameter. a.b costa. b.c. tota quidem linea ex duabus composita sit. a.c. super hanc igitur lineam describam semicirculum. a.d.c. et a puncto. b. erigam perpendicularem lineam usque ad. d. et hanc dico esse mediam lineam inuentam et dico .3. lineas istas continue esse proportionales. ita quod sicut se habet. a.b. ad. b.d. ita se habet. b.d. ad. b.c. Ista linea [illegible] postulat demonstrationem et ideo hic sufficiat nobis Euclidis auctoritas cum sit in sexti est ista propositio sexti libri geometrie conclusione .xiii. et est sensus in breui omnis linea in circulo a circumferentia super diametrum veniens ortogonaliter a diametro insistens. secat ipsam diametrum in duas partes inter quas est ipsa medio loco proportionalis



Quinta conclusio

Si fuerint due quantitates uni quantitati communicantes ipse quoque inuicem communicant: quod si non communicant inter se nulli uni communicantes erunt.

¶ Prima pars patet per diffinitionem quantitatum communicantium et per secundam capituli precedentis. Verbi gratia sint due quantitates. a. et. b. uni quantitati. c. communicantes et. a. sit ad c tripla. b. vero ad c. sit dupla dico ergo quod. a. et. b. communicant nam per secundam huius capituli. a. et. c. sunt sicut duo numeri et. b. et. c. sunt sicut .3. numeri ergo. a. et. b. et. c. sunt sicut .3. numeri igitur. a. se habet ad. b. sicut numerus ad numerum et per consequens. a. et. b. sunt communicantes. ¶ Secunda pars sequitur ex prima ex opposito. sed contra inferendo oppositum antecedentis potest clare etiam preteruisit ipsa forma theorematis sub qua



ponitur. ¶ Ex quo patet illud quod in primo partis huius capitulo dictum est de media linea proportionabili inter costam et diametrum ipsa enim erit necessario incommunicans tam coste quam diametro ex quo ipsa inter se non communicant. patet etiam quod in quadrato non solum diameter est assimeter coste ymo toti perimetro quadrati est diameter assimeter nam costa communicat cum perimetro in proportione si ergo diameter communicaret cum perimetro iam diameter et costa communicarent inter se per predictum

Sexta conclusio.

Si fuerint due communicantes quantitates inter se totum quod ex eis est confertum utrique earum erit communicans.

¶ Ista patet similiter ex secunda huius capituli quia ille due quantitates erunt sicut duo numeri et per consequens totum ex eis compositum erit sicut aliquis numerus et per consequens communicabit utrique partium

Septima conclusio

Omnium quattuor quantitatum geometrice proportionabilium si fuerit prima communicans secunde tertia quoque communicans erit quarte si vero prima fuerit incommunicans secunde et tertia erit incommunicans quarte

¶ Ista statim patet suo modo arguendi in proportionalitatibus nam si a.b.c.et.d. quantitates sint proportionabiles ergo sicut a.ad.b. ita c.ad.d. sed hoc quod sequitur est impossibile si a.et.b. sint communicantes et.c.et.d. incommunicantes vel econverso aliquin proportionalitas posset esse ex communicantibus et incommunicantibus et per consequens omnes quantitates essent proportionales quia minus videtur alio modo proportionalitatum quam communicantes et incommunicantes quod cum sit impossibile patet quod non sic proportionis ex qua sequitur possibilis

¶ Capitulum quintum de potentia linearum.

Dictum est de proportionibus magnitudinum et communicatione et incommunicatione earum et potissime de se. modo restat nunc videre de legitimo linearum nunc dicam aliquid breviter de linearum potentia respectu superficierum in quas possunt. primo quid nominis ponendo superficies autem in quam potest aliqua linea est quadratum eius et dicitur ista posse in ipsam superficiem quia ex ductu sui in seipsam eam producit prima ergo conclusio sit ista. ¶ Equales linee in superficies possunt equales dupla autem in quadruplam tripla vero in nonocuplam et universaliter quodlibet multiplex linee date potest in multiplicem superficiei date linee denominatam a numero denominante multiplex linee in se ducto. ¶ Ista patet in dictis lineis. bipedalis potest in quadruplum respectu linee pedalis et linea tripedalis potest in nonocuplum et quadrupedalis in sedecuplum quoniam quadratum pedalis linee est tantum unius pedis quadrati quadratum vero linee bipedalis. 4. pedum quadratorum et quadratum linee quadripedalis 16. et sic ulterius ut apparet in arithmetica quia bis duo sunt. 4. ter tria sunt 9. quater quattuor sunt 16. etc

Secunda conclusio

Linee quarum una potest in duplum respectu alterius sunt sicut diameter et costa

¶ Ista patet ex secunda parte capitulo de quadrangulo propositione quarta. Ex illa patet quod diameter est assimeter coste et est alia ostensio ab illa que in capitulo precedenti nec si enim diameter et costa essent simetra haberent se vel sicut numerus ad numerum ex secunda capituli precedentis ergo et quadrata eorum haberent se sicut quadrata numerorum sed hoc est impossibile quoniam proportio dupla que est istorum impossibile est quod sit quorumcunque duorum quadratorum numerorum. Ad confirmationem autem huius sententie apponam septimam conclusionem decimi libri primo euclidis talem. ¶ Omnium duarum superficierum quadratarum quarum latera in longitudine communicant est proportio alterius ad alteram tanquam proportio numeri quadrati ad numerum quadratum et si vero fuerit proportio superficiei quadrate ad superficiem quadratam tanquam proportio numeri quadrati ad numerum quadratum erunt latera earum in longitudine communicantia et si non erit oppositum



¶ Ex his patet sitentum non proportio superficiei quadrate diametri ad superficiem quadratam coste non est sicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum. quare latera talium quadratorum scilicet costa et diameter erunt in longitudine incommensurabilia. Hanc confirmationem autem huius sententie de diametro et costa inducit aristoteles in primo priorum geometrice cõmento septimo consequentiam quod facit aristoteles prius in primo priorum quod si diameter esset simeter .i. cõmensurabilis coste erit numerus impar equalis numero pari quod sic patet si enim diameter est cõmensurabilis coste erit igitur proportio diametri .a.b. ad .a.c. costam sicut proportio alicuius numeri ad aliquem numerum ut patet ex secunda precedentis capituli et ex diffinitione comunicantium quantitatum et sint dati numeri .d. et .e. et sint isti numeri secundum suam proportionem minimi ergo non erit uterque eorum par sed unus par et alter impar aliquin numerarentur ambo binario et per consequens non essent secundum proportionem minimi quia sunt contra se primi sit igitur impar .d. et maior ergo quadratum eius erit impar necessario quia quadratum omnis numeri imparis est impar ut docet arithmetica quia si impares numeri impariter accipiuntur ut fit in quolibet quadrato numeri imparis compositum necessario erit impar. sed per premissam immediate que est septima decimi euclidis quadratum .a.b. ad quadratum .a.c. est tamquam proportio quadrati .d. ad quadratum .e. et econuerso igitur cum quadratum .a.b. sit duplum ad quadratum .a.c. ut premissum est ergo quadratum .d. erit duplum ad quadratum .e. sed constat quod ad quadratum .e. est equalis numerus par duplus quod patet duplicando ipsum igitur cum quadratum .d. ex ypotesi sit numerus impar sequitur quod numerus par et numerus impar erunt eque multiplices respectu eiusdem numeri et ita erunt equales per quintam tertii capituli precedentis. Si vero .e. est maior et impar diuidatur .a.b. in duas medietates dictas .a.g. et linea perficiatur quadratum ductis lineis .a.t. et .c.t. si igitur proportio .a.b. ad .a.c. est tamquam proportio .d. ad .e. igitur conuersa proportione .a.c. ad .a.b. est tamquam proportio .e. ad .d. igitur proportio .a.c. ad medietatem .a.b. que est .a.g. est tamquam proportio .e. ad medietatem .d. igitur proportio quadrati .a.c. ad quadratum .a.g. est sicut proportio quadrati .e. ad medietatem quadrati .d. igitur ut prius quadratum .e. erit duplum ad quadratum medietatis .d. sed constat quod ad quadratum medietatis .d. sit aliquis numerus par duplus ergo cum quadratum .e. sit minus et impar erunt numerus par et impar eandem habentes proportionem ad eundem numerum et per consequens erunt equales sicut prius ergo numerus impar erit parte equalis numero pari




¶ Tertia conclusio

Si fuerint tres linee continue proportionales secunda tanto potentior est prima quanta est proportio tertie ad primam. Ex quo manifestum est quod linea proportionalis media inter diametrum et costam est incõmensurabilis utrique longitudine sed non in potentia



¶ Ista conclusio capit unam partem euidentie a prima huius capituli et aliam a secunda. a prima enim capit euidentiam pro quantitatibus comunicantibus accipiantur enim .3. linee. scilicet pedalis bipedalis quadrupedalis que sint cõtinue proportionales eandem proportionem duplam constat enim quod tercia est quadrupla ad primam secunda autem que est dupla ad ipsam potestur quadruplum respectu eius quod potest illa prima ut dicit prima propositio capituli huius quare tanto potentior est secunda super primam quanta est proportio tertie ad primam. ¶ Ex secunda autem accipit euidentiam pro incõmensurabilibus accipiantur enim .3. lineas quarum secunda se habet ad primam sicut diameter ad costam et similiter tercia ad secundam sicut diameter ad costam constat quod tercia est dupla ad primam ex tercia precedentis capituli constat etiam quod quadratum secunde est duplum ad quadratum prime. Ex secunda presentis capituli quare etiam in istis tanto potentior est secunda super primam quanta est proportio tercie ad primam. ¶ Corolarium patet ex diffinitione linee incõmensurabilis in longitudine et potentia.

Quarta conclusio.



Si fuerint tres linee continue proportionales quod fit ex ductu primem terciam equum est quadrato medie. ¶ Ista ex arithmetica sufficientem habet evidentiam in quantitatibus communicantibus nam sic est universaliter verum in numeris continue proportionalibus quod illud quod provenit ex ductu minoris numeri in maximum equum est quadrato medii numeri. Verbigratia. 2. 4. 8. sunt proporcionalis continue secundum proporcionem duplam constat quod bis. 8. et quater. 4. idem faciunt sed quantitates communicantes habent se sicut numeri igitur similiter erit in illis quare in quantitatibus in communicantibus erit idem modus quia eadem est potentia in istis et in illis.

Quinta conclō

Si fuerit quatuor quantitates proportionabiles continue quod fit ex ductu primi in quartum equum est ei rectangulo quod fit ex ductu secundi in tercium Et voco rectangulum figuram altera parte longiorem que continetur sub duabus lineis mediis in se ductis. Ista patet similiter in numeris ut 2. 4. 8. 16. nam quater. 8. et bis. 16. idem faciunt ergo vera est in quantitatibus communicantibus ergo et in aliis nam eadem ratio est.

¶ Capitulum sextum de quadraturis


Post predicta decens est tangere aliqua de quadraturis. Est enim aliquam figuram quadrare aream quadrati invenire equalem ¶ Causa autem in quadraturis est ista quod figura quadrata est certior mensure quam quecumque alia figura. cum enim habes quod superficies data est decem pedum quadratorum vel. 4. aut secundum aliquem numerum iam certificatus es de mensura quantitatis eius certitudine ultima. ¶ Propter quod geometre insteterunt tractare de reductione aliarum figurarum ad hanc quia geometre antiqui omnes alias propter sui veritatem in eam reducere consueverunt et non sicut in aliis ponam ergo aliquas conclusiones pauces de quadraturis et incipiam a superficiebus similioribus quadratis et deducam considerationem usque ad circulos et sit prima conclusio de figura altera parte longiore que est quadrato similior

Prima conclusio

Figura altera parte longior per medie rei inventionem etc. ductum in seipsam in quadratum reducitur. ¶ Medie rei inventionem accipies in quarto capitulo huius partis propositione quarta. sed ex quarta capituli precedentis habes quod quadratum in quod pōt aliqua linea medio est altera parte longiori date equale. ¶ Hec ostensio est universalis et geometrica cui attestatur arithmetica quoniam si fuerit unum latus altera parte longioris duorum pedum et aliud. 8. erit tota area. 16. pedum quadratorum quam si quadrare velis accipias unum latus. 4. pedum et ipsum in se ducas et habebis superficiem quadratam cuius area est. 16. pedum et huius demonstrationis mentionem habes secundo de anima et tercio methaphisice ubi ponit hanc quadraturam medie rei inventionem vocat quoniam medie linee inventione habetur quesitum.

Secūda conclō

Area trianguli equilateri vel ysocheles equa est tetragono contento sub duabus lineis quarum una est medietas basis altera vero linea dividens basim angulumque basi oppositum et totum triangulum per medium in se ductis ¶ Ista manifesta est statim ex posita ... capituli si triangulus sit. a. triangulus equilaterus vel ysocheles. a. b c. et non est ... nisi quod in triangulo equilatero quodlibet latus indifferenter pōt esse basis in ysochele vero latus inequalitatis erit basis et ducatur linea. d. a. dividens per medium basim. b. c. et angulum. a. et totum triangulum. a. b. c. omnia enim hec indicat ... tunc quod area trianguli equalis est tetragonis contento sub lineis. a. d. et. d. c



in sedutis ducatur enim una linea in aliam et erit tetragonismus .a.e.b.c. qui divi-
sus est in duos triangulos equales per lineam diagonalem .a.c. remanent in tota figura
tres anguli partiales et inter se equales sicut demonstratum est evidenter in capi. ysoperi-
metrorum conclusione secunda quare cum duo illorum sint oes partes trianguli prefati et
duo illarum sunt oes partes tetragoni memorati manifestum est quod trigonus iste et te-
tragonus equales habeant aream quod erat ostendendum et hoc modo triangulus unifor-
mis tetragonismi altera parte longius reductus est. Quem si ulterius quadrare li-
bueris artificio precedentis conclusionis de medietate invenies inventionem veritatem est


Tertia conclusio



Area trianguli omnium laterum inequalium equalis est medietati tetragoni contenti sub duabus lineis quarum una est latus maximum eiusdem trianguli. altera vero est a maiori angulo eius super maximum latus eiusdem trianguli perpendiculariter veniens et seducens.

Verbi gratia. sit triangulus gratia exempli .a.b.c. in quo maximus angulus sit .a. et maximum latus per quod sit linea .b.c. et opposita angulo maiori. Tunc ab angulo .a. ducatur linea .a.d. perpendiculariter super latus .b.c. dico tunc quod medietas tetragoni sub duabus hys li-
neis contenti est equalis aree trianguli et econverso. ¶ Ducam enim .b.c. equale et equedi-
stantem .a.d. similiter ducam .f.c. et perficiam paralelogramum .e.b.c.f. quod continetur sub
duabus lineis scilicet .e.b. que est equalis .a.d. et .b.c. que est maximum latus trianguli proiecti
ergo erit hoc paralelogramum divisum in duo paralelograma per lineam .a.d. et quodlibet pa-
ralelogramum divisum in duos triangulos equales per lineas diagonales quarum una est
a.b. et alia .a.c. sed ex penultima capituli de triangulis est manifestum duos triangulos
iuxta lineam diagonalem .a.b. acceptos equales esse inter se similiter et alios duos iuxta li-
neam diagonalem .a.c. sed duo illorum triangulorum hoc modo equalium sunt omnes partes trian-
guli principalis .a.b.c. et sunt medietates totius tetragoni .e.b.c.f. quare totus trian-
gulus .a.b.c. erit medietas eiusdem tetragoni. dividatur ergo hic tetragonus in duos te-
tragonos equales per lineam .g.h. et erit trigonus tetragonizatus et tunc habita medie-
tatis inductione per penultimam huius capituli erit trigonus predictus quadratus quod docere de-
buit et sic apparet propositum.

Quarta conclusio generalis




Omne poligonium resolutum omnes facies in triangulos: et per quadraturas facies ipsorum triangulorum: et omnium per circumscriptiones gnomonicas in formam quadrati reduci possibile est. ¶ De quadraturis autem poligoniorum in specie tractare nimis longum foret et difficile et ideo eligenda est via in paucioribus. De modo autem resolvendi poligo-
nia omnia in triangulos habes propositionem secunda capituli de lineis. De modo autem quadrandi
triangulum sunt suas species vide in hoc capitulo. De modo autem circumscribendi quadrata si-
bimet gnomonice hec propositionem ultima capituli de quadrangulis manifestum est ergo quod
ista media omne poligonium posse quadrari quare propositum.

Quinta conclusio de quadratura circuli.

Area cuiuslibet circuli equalis est tetragonismo sub medietate
a circumferentie et medietate diametri contento. ¶ Suppono unam
propositionem Archimenidis de mensura circuli et erit mihi pericolo quod si eam
demonstrare requireret maiorem tractatum quam sit iste capitulum et est ista pro-
positio. ¶ Omnis circulus triangulo orthogonio est equalis cuius unum duorum laterum
rectum angulum continentium est semidiameter circuli et latus alterum equatur linee con-
tinenti circulum. Est autem proportio linee continentis circulum ad diametrum tripla sexquisep-
tima. ita quod circumferentia continet ter diametrum et septimam partem eius ultra hoc de ha-
betur ab eodem archimenide in predicto libello. Verbi gratia in circulo .a.b.c. sit .a.c. dia-
meter cuius semidiameter sit .a.d. et .a. puncto d. ducatur orthogonaliter linea .d.e. usque
ad equalitatem circumferentie circuli et ducatur linea .a.e. perficiens triangulum .a.d.e. er-
go tunc interius archimenides quod triangulus .a.d.e. est equalis circulo et hoc demonstrat
certissime ex quo propositum et ducatur linea .a.f. eque distans .d.e. et ducatur linea .f.e.
equidistans .a.d. tetragonismus perficiens hoc igitur paralelogramum scilicet .f.a.d.e. divisum in du-
os triangulos per lineam diagonalem .a.e. sed illi duo trianguli sunt equales per ultima de triangulis






circulus est vni corp̄ equalis ꝑ ꝓbem archimenidis ergo circul⁹ est equal' medietati il lius tetragoni diuidat' igit' illud tetragonū in duos tetragonos equales ꝑ line as g.h. ⁊ erit circul⁹ alterutri eoꝝ equal' s; dictoꝝ tetragono⁊ vnusq̄ est sub medietate circūferētie ⁊ medietate diametri ergo circul⁹ est equal' tetragono sub semicircū ferētia ⁊ semidiametro ɔtēto si ergo quadret' tetragon⁹ ille erit circul⁹ quadratus Et hec de quadratura sufficiāt. ¶ Aristo. in .2. poste. capi. de inuētiōe sumit tale ar gumētū q̄ circul⁹ quadrari possit sic. oē equale figure rectilinee quadrari pot sed cū circul⁹ est equal' alicui figure rectilinee igit' ⁊c. maior pꝫ q̄ oīs figura rectilinea quadrari pōt vt docet' in 2° eucli. 4. demōstratiōe h⁹ hui⁹ capi. minor docetur ꝑ sniam archimenidis. ⁊ sic videt' hoc totū ca. pl'in tēdere ad hāc ɔclusiōne q̄ circul⁹ quadra ri possit. Aliā ꝓbatione minoris tāgit aristoteles ꝑ pteciōes lunulares q̄ tn̄ repu tat in alijs locis pōte in sofficientem ⁊ ideo de ea non curo ad presens

¶ Tractatus quartus de figuris solidis seu de corporibus
Capi. primum de diffinitionibus ⁊ diuisionibus corporum.

Quarta huius operis particula est circa dispositiones solidorum corpo rum ⁊ hec etiam a diffinitionibus est incoandum. ¶ Dico ergo cor pus solidū omne quod habet lōgitudinem latitudinē ⁊ profunditatē mensuratur ⁊ tribus diametris intersecantibus se orthogonal'r in eodem puncto. Omne autem corpus aut vna superficie aut plurib⁹ superficiebus terminari necesse est. Corpora aūt vna superficie terminata sūt que di cuntur rotunda. ¶ Omne autem rotundū aut hꝫ omnes lineas a cēn pūcto ductas ad circūferentiam equales aut nō. si p̄mo mō est corpus quod vocatur sphera. Unde sphera est corpus rotūdum cuius oēs diametri sunt equales. Si aūt nō hꝫ oēs lineas a cēn pūcto ductas equales. tunc diametri nō sunt equales. aut ergo axis est lon gior ceteris diametris aut breuior. p̄mo mō est corpus ouale quod hꝫ figuras oua. si secūdo modo sic est corpus lenticulare. s. corpus q̄d lenticula dr. ⁊ axe hꝫ breuiorem. ¶ Item alia diuisio corporū multis superficiebus ɔtentorum. Alia rotūda. alia an gularibus superficiebus contenta sunt. ¶ Rotundarum autem superficierū corpora Alia quidem per totam longitudinem corpulentiam hūt equalem. Alia non. primo columpne rotunde siue chilindri vocantur. que autem regulariter minorata termi nantur ad conum piramides rotunde siue coni appellantur. Ex iā patet quomō ꝑ dictis corporibus aplicantur diffinitiones quas Euclides ponit vndecimo libro geo metrie. s. quod sphera est transitus arcus circūferentie dimi' circuli. Et piramis ē transitus triangul' rectanguli ⁊ columpna est transitus paralelogrami rectangul' ⁊ conformiter potest diffiniri lenticulare ⁊ ouale q̄ corpus ouale est transitus portio nis semicirculi minoris corda existēte fixa lenticulare est transitus portionis semicir culo maioris super cordam fixā minorē diametro circuli. ¶ Corporum aūt habentiū multitudinem superficieꝝ ⁊ angulorꝫ. q̄dam dicitur conica ꝓpter angulos ⁊ conos quos hūt. Et horum q̄dam hūt eq̄ale grossiciem sm̄ totā lōgitudinē ⁊ dicitur co lūpne laterate. q̄dā aūt vniformiter minorata ad conū terminat' ⁊ dicitur piramis des laterate. Preter colūpnas aūt ⁊ piramides est tercium genus conicoꝝ corpoꝝ in quo reponuntur corpora. s. regularia enumerata in principio libri huius ⁊ de qui bus infra. s. tetracedron. exacedron. octocedron. duodecedron. ycocedron. q̄ꝝ tetra cedron ad piramides ⁊ exacedron ad columpnas reducantur. Determinatur autē tā colūpna laterata q̄ piramis multitudine superficieꝝ siue lateꝝ sursū erectaꝝ circa basi circūscripta vt dicatur piramides trilatere q̄ hūt tres superficies la terales ⁊ quadrilatere q̄ hūt. 4. ⁊c. similiter colūpna dici pōt trilatera quadrilatera ⁊ multilatera sm̄ nūeꝝ superficieꝝ lateraliū non cōnumerando basim in piramidibus ⁊ duas superficies terminales in colūpna. ¶ Colūpna aut pōt sub omni corpus serra tile ⁊ solidū paralelogramū ⁊ alia multilatera corpora vt dicat' corpus serratile co lumpna trilatera. solidū aūt paralelogramū colūpna quadrilatera. Alia aūt sūt sl cut colūpna pētalatera ⁊ exalatera ⁊c. Sūt aūt corp⁹ serratile ⁊ solido paralelogra mo in geometria magis visitata quā ꝓpter p̄mo de eis diffiniendū est. Corp⁹ serra tile est q̄d. s. superficieb⁹ quas. 3. 5. sūt paralelograme ⁊ due triāgule ɔtinet' ⁊ si q̄dem fuerit basis eius vna superficieꝝ triāgularū colūpna hꝫ similitudinē si aut statuat' sup vnam superficieꝝ paralelogramarum tunc conuenit ei figura domus siue tecti recti



ad superficiem capiunt. Solidum parallelogramum est quod continetur .6. superficiebus parallelogramis eque distantibus. et in multas species dividitur ut in columpnam cubum sperulam circulum et corpus cuneum que nomina in arithmetica ad numeros transsumuntur. Omnia autem corpora conica habent angulos corporeos sive solidos sicut superficies plane polygonie habent angulos planos. ¶ Angulus corporeus sive solidus est quem continent anguli plani plures quam duo qui non in una superficie sint ad punctum unum angulum eum continentes. ¶ Et dico plures quam duo quia pauciores esse non possunt tribus anguli plani qui angulum solidum continere debeant. si autem queras multitudinem maiorem angulorum planorum dico quod in numero statur ad .3. in maius non est statuo quia non tot possunt esse quin plures possint angulum solidum continere et sic in talibus est processus in infinitum. quod postea autem dicitur non in una superficie super hoc accipiendum est quod nimia aplicatio talium angulorum planorum sit non directa conformiter ad illud quod supra dictum est in capitulo de lineis in diffinitione anguli plani. ¶ Terminantur autem solida ad superficies. superficierum autem illa super quam erigitur figura solida basis vocatur que autem in sublime eriguntur latera appellantur. In piramide autem punctus oppositus basi in quem terminatur figure grossicies vertex vel conus appellatur. ¶ Accidit autem in pluribus et maxime in corporibus regularibus quod quelibet superficies sit equaliter apta nata esse basis propter quod talia corpora figure multarum basium vocantur et ideo iam in elementis modo ut ycocedron dicatur figura .20. basium et conformiter de aliis corporibus regularibus cum tamen quodlibet tale corpus ex facto tantum unam superficiem super quam statuitur habet solum pro basi. Et quemadmodum solida terminantur ad superficies. sic superficies terminantur ad lineas que linee similiter terminantur ad puncta. ¶ Et dividuntur linearum enim quedam taliter iacet in plano et vocatur basis. alia vero in sublime erecta et subdividuntur linearum enim quedam est que erigitur perpendiculariter et vocatur cathecus. alia vero ad angulos consurgit inequales et vocatur ypotenusa et hec ymaginari potest in trigono orthogonio habente in plano basim duo latera alia in aere elevata. unde versus. Linea protracta basis est erecta cathecus. Extenditur ad metas ypotenusa duas.





¶ Capitulum secundum de lineis in comparatione ad corpora
¶ Prima conclusio

